238

P. Tomicius Epus Cracovie Vicecancellarius
Michaeli de Miezkow.

Mgce Domine Charissime.

Habuimus Dominationis Vrae litteras, per hunc tabellionem ejus, nobis redditas, ex quibus Dominationem Vram tristi merore, ac desiderio amissi Filii agitari adhuc animadvertimus.

In quo cum pro Communi humanitatis officio tum pro singulari nostra erga Dominationem Vram benevolentia, ei ex animo condolemus.

Quod vero rationem, perquirendi ejusdem Dominationis Vrae Filii curae et diligentiae nostrae astruendam, atque promovendam suscepimus, id causa Dominationis Vrae alacri animo fecimus. hanc ipsamque curam et diligentiam nostram non intermittemus, et ut primum redibit Nuncius Mtis Regiae Domini Nostri ex Turcia, cui interalia id quoque datum est in mandatis ut de Filio Dominationis Vrae, quaereret, eumque reducendum seculo curaret inquiremus, ob eo, num quidpiam certi de illo habeat, quodque nobis referret Dominationi Vrae sine mora, perscribemus.

Quod vero attinet et Dominum Busztechacki quem scribit Dominatio Vra, eodem conflicta

quo et filium suum interesse, esseq insigni Familia, de Regno Bohemia, progenitum, nos nō gravatim agemus, et constituemus, cum Armenis Subditis Regiae Mtis Domini Nri utenim in Turcia perquirant, et ex captivitate, si poterint redimant, ac reducant, quin quid tandem, se in ea re effecisse nobis declarabunt id nos Dominationis Vrae significabimus.

Quam bene ac feliciter, valere optamus, nosq benevolentiae ipsius, commendamus Dat